



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

44. Ex Austria & Hollandia Ablegati revertuntur. Nova Monasteriensium  
molimina.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

jectu conditionum liberam Urbem tentare. Nec Cives tam abjecto unquam, fractoque animo futuros, qui acceptent. Gloriosius fore & privilegii & ipsius vitæ usurâ per fas, sive nefas spoliari, quam non convictos, nec devictos, adeo turpiter, victas dare manus. Credere factum esse si non abortum, Aulae Episcopalis. Profecto non convenire hæc cum sollicitudine Ordinum Generalium de tuenda Civium libertate ac juribus toties contestata. Unico hoc partu Cives nasci ex liberis servos, ex infantibus reos, lædendi enormius, quos adeo lætos jam antè constet. Æternam ignaviæ, ignominiaque labem subituros, ita si posteri omnes tam miserandum discrimen adducerentur. Malle cum *Numantinis* & sua & seipso pro aris & focis gloriosæ morti consecrare, quam isthac viâ subire legem perpetuæ servitutis. Nihil verò statui etiam posse, priusquam *Drackterus* & *Clutius* è Belgio reduces coram audiantur.

44.

Ita Comes è Westphaliâ in Hollandiam & eodem tempore *Knoestius*, *Templingius* & *Hollandius* ex Austria in Hollandiam, re utrobique infectâ ad suos revertunt. *Drackterus* verò & *Clutius* à Batavis dimissi, quod absentibus in negotio concordia nihil statuerentur. Cives, & ne posset objici, redire curò

prohibitos, quos revocari oportebat, nacti litteras à Principe liberi commearūs, argentum scēbre ineunte Majo salvi in Urbem asportarunt. Visus statim numerosior miles conscribi, comparari annona, uberior procurari supellex militaris, ex ære fundi tormenta, & Sancti Servatii propugnaculum, quanquam Princeps severè inhibuerat, & Collegium Cathedralē suam violari jurisdictionem, & Vestales Nisingana eripi sibi fundos querebantur, magnā plurium quotidie operarum festinatione maturari.

*Nova  
Monasterien-  
sum mo-  
limina.*

Jam dudum apud Imperatorem doluerat Princeps, ab intimatis Monasteriensibus Executorialibus militem præsidiarium non modò non exauthorasse, sed contra adscripsisse numerosiorem; imò tametsi à Tribunali Cæsareo-Aulico restitutionem in integrum identidem urgenter flagitarent, ad illudendum tamen lententiæ & executionem ejus interturbandam, operâ Delegatorum externæ Reip. auxilia etiam hodie dum, ausu periculoso sollicitari; quocirca orare se, ut in pœnam Executorialibus insertam reos incidisse declararet Cæsar. Imploratus toties Augustus tandem pronunciat decretum sequens. Paritoriam vocant.

45.

*Cæsar  
duplicē  
parito-  
riam de-  
ceruit.*

*In causa executionis Domini Episcopi Monasteriensis ex unâ, contra*

Hh 2

Con-

*Primâ,  
quoad*